



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorum, 1574**

**VD16 A 766**

Modus inueniendi quomodo sit luna, & c.: per Epactam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

**CYCLUS DECEMNOVALIS AUREI NUMERI.**

XVII. XVIII. XIX. I. II. III. IIII. V. VI.  
VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII.  
XIIII. XV. XVI.

**I**n hac numerorum serie sic est inuenire numerum Aureum.  
**P**rimò quidem numero, scilicet XVII. qui est anni huius currentis, detur  
annus 1574.

**S**equenti verò, qui est XVIII. tribuatur annus 1575.

**T**ertio porro, qui est XIX. ascribatur annus 1576. & sic deinceps, donec  
peruentum fuerit ad annum currentem: Vel eum, cuius aureus numerus quaeritur:  
Finitis annis decem & nouem ad principium denuò redeundum est.

**LITERAE DOMINICALES.**

C.	B.	A.	F.	E.	D.	C.	A.	G.	F.	E.	C.	B.	A.
						B.				D.			
G.	E.	D.	C.	B.	G.	F.	E.	D.	B.	A.	G.	F.	D.
E.				A.			C.					E.	

**I**n hac tabula litera dominicalis singulis annis sic inuenitur. Prima litera,  
quæ est C. detur annus hic præfens 1574. Secundæ, quæ est B, tribuatur  
annus deinde sequens 1575. Tertie, quæ est A & G. subsequens annus  
1576. Simili modo fiat in annis sequentibus, & super quam cadit nume-  
rus anni, cuius litera Dominicalis quaeritur, illa erit litera Dominicalis, quæ si  
vnica occurrerit annus communis intelligitur, si duplex bissextilis, & tunc  
superior vsque ad festum S. Mathiæ, inferior ad reliquam anni partem seruiet.  
Finitis annis 28 redeundum est ad principium.

**MODVS INVENIENDI QVO-  
TA SIT LVNA CVIVSQUE MEN-  
SIS PER EPACTAM.**

**E**pacta nihil aliud est, nisi numerus vndecim dierum quia in anno com-  
muni Solari, Luna facit 12. coniunctiones cum Sole: dies superant tertiam  
decimam: & hi 11 dies sunt Epacta. Anno hoc 1574. est Epacta 7. sequen-  
ti anno ad numerum 7 Epactæ præcedentis anni addendo 11. erit Epacta 18. an-  
no tertio ad 18 addendo 11. erit Epacta 29. Quod si 11. adiecti Epactæ anni præ-  
cedentis superant vnam lunationem, hoc est, numerum 30. oportet abijcere 30.  
& quod remanet erit Epacta sequentis: Vt verbi gratia, Epactæ anni 1578. 22  
si addideris 11. erunt numeri 33. abiectis igitur 30. remanebunt 3. quæ erit Epacta  
anni sequentis 1579. Et sic semper à principio procedendo cum 11. ha-  
bebitur Epactæ anni currentis: Vt in subiecto Cyclo numerorum ponitur. Qui  
annus incipit computando Epactam in Kalendis Martij. Animaduertendum  
tamen quod eo anno, quo Epacta erit 29. sequenti anno additur ad 29. 12. ita  
vt remaneat Epacta 11. in alijs verò seruetur quod dictum est, addendo semper  
11. Ad inueniendum ergo quot dies habeat Luna, numero Epactæ anni curren-  
tis addantur tot dies quot sunt Kalendæ mensium præcedentium à Kalendis  
Martij vsque ad mensem cuius quaeritur quota sit Luna: addantur præterea tot  
numeri quot sunt dies eiusdem mēsis, & omnibus numeris simul computatis,  
inuenietur quot dies habeat Luna in illo mense. Quod si numerus aggrega-  
tus, ex supradictis superaret 30. abiectis 30. quod superest sunt dies  
Luna

### MODVS INVENIENDI QVOTA SIT LUNA.

Luna. Vt exempli causa : Si velis scire quot dies habeat Luna in festo S. Bartholomæi, hoc est, 24. Augusti huius Anni 1574. Adde numero Epactæ huius anni, videlicet 7.6. Tot enim sunt Kalendæ mensium à Kalendis Martij vsque ad Kalendas Augusti. Adde præterea 24. mensis Augusti, vsque ad festum S. Bartholomæi, & inuenies numerum 37. Ex quo numero si abieceris 30. remanebunt 7. habebit igitur Luna in die S. Bartholomæi hoc anno 1574. dies 7.

### FORMATVR AVTEM EPACTA AB AVREO NUMERO HOC PACTO.

**A**vreus numerus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.  
Epacta. 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18. 29. seu nulla.

### CYCLVS NUMERORVM EPACTAE INCIPIENTIVM AB ANNO 1574. IN KALENDIS

7. 18. 29. 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26.

### DE INDICTIONE.

**I**ndictio est spatium 15. annorum, & singulis annis tribuitur aliquis numerus Indictionis ab vno ad quindecim, per ordinem, deinde à principio repetatur. Anno igitur 1574. currit Indictionis numerus 2. sequenti anno 3. tertio 4. quarto 5. & deinceps in alijs vsque ad 15. proseguendo, & repetendo ab vno post 15.

### DE NUMERO NONARVM ET IDVVM CVIVSQUE MENSIS.

**M**artius, Maius, Iulius & October habent sex dies Nonarum: reliqui Ianuarius scilicet, Februarius Aprilis, Iunius Augustus, September, November & December, tantum quatuor. Omnes vero octo diebus Iduum gaudent

UNDE VERSVS.  
*Sex Maius Nonas, October, Iulius & Mars.  
Quatuor at reliqui, dabit Idus quilibet octo.*

QVA